

4715 tabulae marmoreae marginatae, litteris bonis et alte incis in-  
scriptae fragmentum ipsum quoque in complures partes fractum,  
a. 0,395, l. 0,64, cr. 0,033. Rep. *nella via della casa di Diana CALZA*  
qui addit: *Adoperato a pavimento di costruzioni piuttosto tarde, la*  
*provenienza di questo frammento di lastra non ci dice nulla intorno*  
*a questo possesso privato ostiense. Asservatur in repositis musei Ostiensis*  
gypso infixum.

GRANIANAM	7,3
BVS·LIBERAM	6
STIENSIVM	7,3
<del>MATURVS</del>	

Descripsi. Calza *Not. d. sc.* 1915 p. 30 n. 4, qui sic commentatus est,  
omnino fere probabiliter: *Potrebbe trattarsi di una donazione o di una*  
*liberazione di area a favore degli Ostiensi fatte da questo Maturus che*  
*può identificarsi con il C. Granus C. fl. Quir. Maturus ricordato in tre*  
*iscrizioni Ostiensi (362-364 [ad n. 363 cf. supra p. 615, accedit nunc*  
*n. 4654]); tanto più che viene nella prima di esse rammentata la sua*  
*munificencia che gli valse il decurionato gratuito.*

Ego vidi in repositis musei Ostiensis aliud fragmentum infra integrum,  
inscriptum litteris eiusdem ductus, quem in nulla alia inscriptione Ostiensis  
observavi; tamen quominus eiusdem tabulae pars putetur, impedit species  
tabulae paululum diversa. Habemus igitur, ut puto, partem alterius exem-  
plaris eiusdem inscriptionis, quam duplicem (vel multiplicem) existisse  
quo est argumento minime mirum videtur.

EMDE  
RGASE

Descripsi.

In supplementis, quae proponam, nitar explicatione quam dedit Calza. Et  
maius quidem fragmentum videtur supplendum esse sic fere: [*basilicam*  
vel *porticum*] *Granianam* | [*omnibus sumptibus liberam*] | [*civibus coloniae*  
*Ostiensium*] | [*C. Granus C. f. Quir.*] *Maturus* | [*sua pecunia faciendam cu-*  
*ravit*]; minus fragmentum, cuius versus litteras quanto minores tanto plures  
continuisse debent, sic fere: [*cui ordo honor*]em *decurionatus gratuiti* |  
[*propter eius erga se*] *munificentiam decrevit*. Quodsi recte supplevi,  
desideratur mentio munificentiae ordini decurionum ipsi oblatae; aedi-  
ficium enim illud nescioquod in usum omnium civium exstructum est.  
Fortasse igitur inserendum est post fragmentum maius [*et ob hanc dedi-*  
*cationem dedit decurionibus singulis summam talem*]. Sed quam incerta  
haec omnia sint, nemo non videt.

4716 titulus exstat in tergo eiusdem basis marmoreae, cuius in fronte  
legitur titulus supra n. 4624. Litterae a. ca. 0,055.

·RAGONIVS·VINCENTIVS  
·CELSVS·VC PRAEFECTVS  
·ANNONAE·VRBIS ROMAE  
·VRBI EIDEM·PROPRIA  
5 ·PECVNIA CIVITATIS  
·OSTIENSIVM COLLOCAVIT

Descripsi ad imaginem photographiam, contuli ad lapidem. Vaglieri *Not.*  
*d. sc.* 1910 p. 104 cum imagine et commentario.

Ragonio Vincentio Celso — minime contaminando, ut monet E. Stein,  
cum Nicentio, ad quem imperatores rescripserunt a. 385 (cod. Iust. 1,  
23, 5) — mentores Portuenses titulum posuerunt C. VI 1759 = Dessau  
*Inscr. Lat. sel.* 1272, ex quo colligi potest Celsum paululo ante diem 25.  
mensis Augusti 389 magistratum posuisse (cf. Seeck *Regesten* [1919] p. 266.  
277. 473). Cf. etiam titulos qui sequuntur.

Celsus ponendam curavit sumptu coloniae Ostiensis statuam urbis Romae;  
cf. Dessau *Inscr. Lat. sel.* 3925. 3926; supra n. 4323.

4717 basis marmorea, a. ca. 1,35, l. ca. 0,70 × ca. 0,49. Spatium  
scripturae destinatum a. 0,94, l. 0,48. Litterae a. 0,055-0,06. Rep.  
*sul lato orientale del foro.* Exstat ibidem.

CVRAVIT·RAGONIVS  
VINCENTIVS CELSVS  
VC PRAEFECTVS  
ANNONAE·VRBIS  
5 ROMAE ET CIVITAS  
FECIT MEMORATA  
DE PROPRIO

Descripsi. Calza *Not. d. sc.* 1927 p. 399 n. 48.

Titulum inscriptum esse priore inscriptione deleta cognoscitur ex litteris  
quae supersunt in margine dextro. Basim huius gemellam, quae ipsa  
quoque bis inscripta est, habemus supra n. 439; et probatur nunc quod  
Suarez indicat illam oriundam esse 'e ruinis Ostiae'.

Cuiusmodi statuam haec basis sustinuerit, incertum est; fortasse ipsa  
quoque (ut n. 4716) statuam urbis Romae. Ambae bases (haec et n. 439)  
mihi videntur fuisse partes unius monumenti; nomen autem civitatis  
Ostiensium, ad quod spectat vocabulum *memorata* v. 6, potest scripta fuisse  
in titulo quopiam, qui aut peritit aut adhuc in terra latet. Cogitavi de  
titulo qui praecedit, sed repertus est loco ut videtur nimis longinquo. —  
Fortasse ad idem monumentum referri debet titulus qui sequitur.

4718 epistylum marmoreum, l. ca. 1,54; litterae a. ca. 0,06. Rep. *nella*  
*sala dell' edificio termale prospiciente il lato orientale del foro.* Exstat  
ibidem.

CVRAVIT ↓ RAGONIVS ↓ VINCENTIVS CELSVS ↓

Descripsi. Calza *Not. d. sc.* 1927 p. 400 n. 49.

Cf. titulos qui praecedunt.

4719 tabulae marmoreae oblongae, a. 0,233, cr. 0,022-0,03 fragmenta  
tria; litterae a. 0,062-0,068. a rep. *nel tratto del decumano tra via*  
*dei molini e il foro, b via dei molini.* a. b. c sunt in repositis musei  
Ostiensis.

a	b	c
A V R E } ius		an I CIVS·Symmachus v. c.
P R A E F } Urb	m A C E L L u m	r E P A R A T u m
VRBIS ET I	d E C O R	A D I E C T I s

Composui in re praesenti; descripsi ad lapidem, contuli ad ectypum.  
a Vaglieri *Not. d. sc.* 1913 p. 401 n. 4, b idem ibidem p. 205.

Inscriptio supra, infra, a sinistra integra est. — a 2 fin. vestigium haud  
plane certum.

Vix dubium est, quin agatur de Aur. Anicio Symmacho v. c. praefecto  
urbi (a. 418-420, cf. C. VI 1193. 1719 = Dessau 801 cum not. 2; Seeck  
*Symm.* p. LIII et *Regesten* p. 338. 340. 342), cuius ad aetatem scriptura  
optime quadrat (ductum similem habes *Exempl. script. epigr.* n. 721);  
sed cum fragmentum b vix alio loco poni possit, etiam alia nomina ges-  
sisse putandus est quam quae adhuc noveramus. 2. 3 suppleverim fere  
*praef(ectus) u[rbi] vice s(acra) i(udicans) m]acell[um] a se noviter r]epa-*  
*ratu[m] ad ornatu[m] | urbis et i[n] usum civium d]ecor[avit] omni cultu*  
*adiecti[s] ponderibus*; singula incerta esse vix habeo quod dicam. Cf. supra  
n. 375, 19. 376, 23. 423; infra n. 4733. 5387; Dessau *Inscr. Lat. sel.*  
5537. 5578 sqq.